



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Elegia 6. Toto corporis gestu Deum loquitur Ioannes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

Ergo negas gnato; flori quod verna dat Eos?  
Præ gnato pretium flos tibi maius erit?

## Elegia 6.

Toto corporis gestu Deum loqui-  
tur Ioannes.

**O** quam spes tenere blanditur amica puello,  
Omne ceu certo, nec tamen vlla litat!  
Nescio quæ medio lux emicat obuta nimbo;  
Spes erat, elusit spem maleuada fides,  
Me tener argutis IESVS adspirat ocellis,  
Ac me pæne manu tangit, & vrit amor.  
Iamque meo prælustre iubar promittit honori,  
Sol micat, orba tamen solis imago queror.  
Heu! ego vel medio caligo sole salutis.  
Cerne, meum pernox obsidet umbra capit,  
Vincla piros quid adhuc tardant agnata labores,  
Et tero stans vitæ limine, mortis iter?  
Ergone sic viuo mater mihi versa sepulcro est?  
Quæ mihi de lethi compede vita fluet?  
Qui piceam cæco depellat pectore nubem,  
Abrumpatque moras, hei mihi! nullus erit?  
Nullus erit? nullus? supplex imploro Tonantem;  
Arque preces vinclis implico mille meis.  
Sed nusquam radius superâ fellacet ab aulâ,  
Nubila candenti qui fecerit arra face.  
Quid tandem? laceris spes degener ingemet alis,  
Nec potis vlla grauis vincere cura moras?  
Discolor etia nouas iam cura recurrit in artes,  
Vis si nulla iuuat; fraudibus vsus erit.  
Ergo perenne canam, qui Vox eo præuia Verbo,  
Quid? loquar hoc verbum, nescius ipse loqui?  
Sic tamen aggrediar primæui munus honoris,  
Anteuolans tardos quos trahit hora dies.  
Sit breue quid corpus; sed vox immensa per orbem  
Ampliat innumeros ad mea pleetra sonos,

Ut tonat

Ut tonat æthera minas, vastumque per alta volutat  
 Murmur, ad Eoas Hesperiasque plagas :  
 Sic & ego grandi prouoluam voce sonores,  
 Queis tremat emoto mundus vterque solo,  
 Insuper ætonitis (audax quis crederet?) vmbri  
 Irrumpet stygias & fragor iste fores,  
 Si nimis hoc; nec enim pueri vox blanda procellas  
 Detonat, aut instar rurbinis arma fremit;  
 Ecce, cano teneris quid nescio lene susurris;  
 Factus ego turrur, seu magis Attis auis.  
 Quantus honos! Verbo quod sum vocalis Aëdon,  
 Et didicit I E S V M cor quasi lingua, loqui.  
 Hæc vbi sit quæris? vincito ne quare palato,  
 Apra Deo cunctis artubus ora canunt.  
 Cui lyra fit corpus, quot corpore diuido fibras:  
 Inde tot impellunt & mea plectra fides.  
 Vix denas numeres cytharæ sub pectine chordas;  
 Mille sed in chordis cor mea vota canit.

*Elegia 7.*

**Ardor adeundi Christi in Ioanne.**

**VOX IOANNIS.**

**V**ictor adest mundo qui vincula rumpat athena.  
 Et me purpureus cippus & angor habet?  
 Sol micat hic; & adhuc intempestiua silet nox?  
 Ite pedes; diâ lux face signat iter.  
 Ut quid adhuc lento pigra luna senescat in æuo,  
 Si mihi nunc rapido fit sata sole dies?  
 Moliar arte fores, erumpam promptus, & acer  
 Do caput in casum, moliar arte fores.  
 Quid moror? eluctans valido pes ariete claustra  
 Impulit, illa labant; sed sera vineta tenet.  
 Aurea felici frondescit epistola lauro,  
 Et miser ignoto nuntius orbe sedet.  
 Ardeo, range latus, gelidas cor anhelat ad vndas;  
 Et cupidam fraudant vincla maligna manum?  
 Gliscit amor, propiore legi iuuat oscula tactu.  
 Quo celer it Verbum, Vox eo tarda sequar &

P. iiii

Exponit